



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Fratribvs Militiæ Templi in Romania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

perpetuò intendetis. Verùm magister vest-
ter qui pro tempore fuerit &c. *ut in alia
per totum usque* duxerit remittendum. Vos
autem & successores vestri jus habebitis ad
Ecclesias ipsas vacantes Rigenſi Episcopo
personas idoneas presentandi, quas ipse de
cura investire non differet animarum. Ce-
terùm cum ipse vos duxerit visitandos, in
domo vestra cum viginti evectioibus semel
in anno eundem curabitis procurare; in
plebatibus autem vestris eum exhibebitis
bis in anno. De terris verò quas amodo
extra Livoniam seu Lectiam cum Dei au-
xilio acquiretis Rigenſi Episcopo minimè
respondebitis &c. *in eundem ferè modum ut
in alia usque in finem.* Datum ut in alia per
totum.

*MAGISTRO ET FRATRIBVS
militiæ Templi.*

*Epist. 143.
Confirmatur
eis Ecclesia da-
ta à Legato.*

CVM à nobis petitur quod justum est
& honestum, tam vigor æquitatis
quàm ordo exigit rationis ut id per sollici-
tudinem officij nostri ad debitum perduca-
tur effectum. Eapropter, dilecti in Domi-
no filij, vestris justis petitionibus annuen-
tes, Ecclesiam sanctæ Lucie quæ Foræ
Græco vocabulo nuncupatur, extra The-
barum positam civitatem, cum pertinen-
tiis suis, quam dilectus filius noster Bene-
dictus tituli sanctæ Susannæ Presbyter Car-
dinalis, tunc apostolicæ sedis Legatus in
partibus Romanie, vobis ad terræ sanctæ
subventionem liberaliter assignavit, sicut
eam justè ac pacificè possidetis, vobis &
per vos domui vestræ auctoritate apostoli-
ca confirmamus & presentis scripti patro-
cinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ
confirmationis &c. *usque* incursum. Da-
tum Laterani xv. Kal. Octobris, pontifi-
catus nostri anno tertio decimo.

E I S D E M.

*Epist. 144.
Confirmat di-
versas posses-
siones.*

IVISTIS petentium desideriis dignum est
nos facilem præbere consensum, & vo-
ta quæ à rationis tramite non discordant
effectu prosequente complere. Eapropter,
dilecti in Domino filij, vestris justis postu-
lationibus inclinati, concessionem terræ
de Rupo & Iohannis filij Nicolai de Vianet
cum fratribus & sororibus suis ac possessio-
nibus & rebus aliis eorundem à nobilibus
viris Rolandino de Canusa & Albertino
germano ejus necnon à bonæ memoriæ
Hugone de Colongi vobis factam intuitu
pietatis, sicut piè ac providè facta est,
auctoritate apostolica confirmamus & præ-
sentis scripti patrocinio communimus. Nul-

li ergo &c. nostræ confirmationis &c. *usque*
incursum. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

ANNUERE consuevit sedes apostolica
piis votis, & honestis petentium præ-
cibus favorem benivolum impertiri. Ea-
propter, dilecti in Domino filij, vestris ju-
stis postulationibus grato concurrentes af-
sensu, domum Philocali apud Thessaloni-
cam cum pertinentiis suis, quam dilectus
filius noster Benedictus tituli sanctæ Susan-
næ Presbyter Cardinalis, tunc apostolicæ
sedis Legatus in partibus Romanie, vobis
ad terræ sanctæ subventionem liberaliter
assignavit, sicut eam justè ac pacificè pos-
sidentis, vobis & per vos domui vestræ auc-
toritate apostolica confirmamus & præsen-
tis scripti patrocinio communimus. Nulli
ergo &c. nostræ confirmationis &c. *usque*
incursum. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

SOlet annuere sedes apostolica &c. Ea-
propter, dilecti in Domino filij, ves-
tris justis postulationibus annuentes, do-
mum Nigripontis cum his quæ habet in
Nigroponte, & domum de Lageran, &
casale de Oizparis, cum eorum pertinen-
tiis, ac alia quæ tenetis in insula Nigripontis,
à nobili viro Ravano & bonæ memoriæ
Iacobo de Avenn. & Guberto vobis pia
devotione concessa, sicut ea omnia justè
ac pacificè possidetis, vobis & per vos do-
mum vestræ auctoritate apostolica confir-
mamus & presentis scripti patrocinio com-
munimus. Nulli ergo omnino &c. hanc pa-
ginam nostræ confirmationis &c. *usque* in-
cursum. Datum ut in alia per totum.

*FRATRIBVS MILITIÆ
Templi in Romania.*

IVISTIS petentium desideriis &c. Eaprop-
ter, dilecti in Domino filij, vestris ju-
stis precibus inclinati, viridarium quod est
à bonæ memoriæ Thebano Archiepisco-
po, tunc electo, pia vobis devotione con-
cessum, sicut illud justè ac pacificè possi-
detis, vobis & per vos domui vestræ auc-
toritate apostolica confirmamus & præsen-
tis scripti patrocinio communimus. Nulli
ergo &c. nostræ confirmationis &c. *usque* in-
cursum. Datum ut in alia per totum.



E I S D E M.